6510 magnis litteris. Novariae in domo episcopi.

pr OC · AVG
pec. s VA · REST
N SVO F

Galleratus n. 58.

6511 litteris pessimis. Novariae rep. 1836 in fundamentis porticus novae ante forum Caroli Emmanuelis III, extat in S. Gaudentii.

D M
AVR TITVS
VET LEG
S E P timae

Contuli. Panigone ms. n. 57; Racca p. 51.

6512 litteris rudibus. Novariae in canonica.

D BVRI NOCINE M
C LEG · XIII C QVI
VIXIT ANN XXX
BVRIVS PATER F K
5 ET SONIAE NVRI
sic PINTISSIME M P

Descripsi.

6513 Novariae inventa in ecclesia vetere S. Gaudentii diruta BASIL. *Portata in città nel 1553 coll' urna, in cui era il corpo di S. Gaudenzio, e vi serviva di chiusino* RACCA. Saec. XVIII med. collocata est ibi in turri, nunc extat imminuta in porticu.

C VALERIVS C F CLAVD PANSA FLAMEN
DIVORVM VESPASIANI TRAIANI HADRIAN P P BIS
TRIB COH VIIII PR PROC AVG PROVINC BRITANNIAE
BALINEVM QVOD VI CONSVMPTVM FVERAT AMPLIATIS SOLO
5 *ET OPERIBVS INTRA BIE*NNIVM PECVNIA SVA RESTITVIT ET DEDICAVIT
IN QVOD OPVS LEGATA QVOQVE REI P TESTAMENTO ALBVCIAE CANDIDAE
VXORIS SVAE ~~HS~~ CC·CONSENSV ORDINIS AMPLIVS EROGAVIT

Contuli quod superest. Basilicapetri p. 7 et Galleratus n. 1 (inde Don. 2, 31; item Mur. 487, 3, qui habuit etiam a Brembato; Orelli 2222) et apud Borsierium cod. Par. 8957 f. 61; Malacarne *opere de' medici* 1 (1780) in praef., cui dedit Eug. de Levis; Bianchini p. 17; Frasconi cl. 2 n. 1; Racca p. 44.

Quae non extant, dedi inclinatis. — 4 expectari VI · IGNIS adnotavit Orellius. — 7 SVAE Bors., SVE Gall. ed.

6514 Novariae *esisteva nel selciato dell' ingresso alla casa del Sig. Giuseppe Sonvico nel vicolo di fronte al teatro;* inde venit in canonicam FRASCONI.

/ / / / / / / / / /
flam. dIVI / / / / /
*f*LAMIN
diu · VESPAS · ET *titi*
PAT *e*Q R
5 *et* ALBVCIAE M *f*
*c*ANDIDAE
f LAMINI*cae*
*diu*AE IVLIAE NO*uar*
FLAMINIC
10 dIVAE SABINAE
TICINI

CIV / / / /
/ ER / / /

Contuli. Mollius ms. apud Panigonium vol. C p. 81; Frasconi cl. 1 n. 18; Devit in onomastico s. v. Albucia partem edidit; Racca p. 30.

Titulus non tantum evanidus est et male pictus, sed etiam hic illic scalpro recenti instauratus. — 4 cernitur PATRQR; sed quarta littera recens facta est. De Vit *Bullett. dell' Inst.* 1863, 127 proposuit *divi Vespasiani et divi Traiani p(rimo) pil(o) bis* ex n. 6513; at lapis refragatur. Mihi creditur fuisse [*flamini divi Hadriani, flamini d*]*ivi* [*Traiani, f*]*lamin.* [*divorum*] *Vespas(iani) et* [*Titi*], *pat(rono)* [*e*]*quiti R(omano)*, ut similem supra habuimus n. 2044. Interpretatio *pat(ri) eq(uitis) R(omani)* eo excluditur, quod ipsum Pansam equum publicum habuisse apparet. — 8 *No*[*var(iae)*] supplevit de Vit l. c. recte. — Eadem Albucia Candida nominatur n. 6513.

6515 Novariae in gradibus porticus paradisi versus forum BART. Nunc ex dono M. A. Leonardi pars est in canonica.

ALFOLLONI IV VIR·IVR·DIC
D *PAT·COLL·CEN·PA* T · IVVENVM M

Contuli quod superest. Integram habet Ioh. Bapt. Bartoli inter Molliana Panigonii vol. C p. 94; fractam ut nunc est Frasconi ms. cl. 1 n. 31, supplens ex Bartolianis (inde Racca p. 37. 38).

1 AL · F · OLLONI Panig., A · F · OLLONI Frasconi.

6516 cippus eleganter ornatus. Novariae in templo S. Gaudentii MERULA. Quo a. 1553 disiecto venit in monasterium S. Agathae, inde a. 1813 in canonicam FRASCONI.

leo marinus *Ganymedes cum aquila* *leo marinus*

corollae

V ꝏ F
APPIA · P · LIBERT
FAVENTINA · SIBI
ET · P · VALERIO · NILO
5 MARITO · SVO · VI · VIR
ET · AVGVSTALI · ET
P · APPIO · NIGRINO
FAVORI · HERMIONE
HELPIDI·CALE
10 IVCVNDAE · IVCVNDINAE
LIBERTIS·SVIS
ET·C·ATILIO·PROSDOCIMO
ET · LITANIAE · SECVNDAE

AMICIS

Contuli. Gaud. Merula in cod. tabularii Taur. f. 389 et in Terentiano dialogo (Borgolavezzari 1543) f. F[4] (inde Grut. 479, 4 ex Velseri schedis; Galleratus n. 2 ex Grutero); Frasconi cl. 1 n. 21; Racca p. 28.

6517 arca. Novariae ad S. Laurentii CYR., quam ecclesiam iam destructam esse ait GALLER. A. 1834 denuo prodiit in ruderibus ecclesiae S. Laurentii Capucinorum prope hospitale maius; nunc ad S. Gaudentii PANIG. RACCA. Ego non repperi.

C · ARBVSSONI · VICTOR
EQ · R · IIII · VIR · *i* · D · FLAM
M QVI VIXIT · ANN · XXVI · ME
DIES · XXI · C · ARBVSSONIV
5 CANDIDVS · PATER · FILIO

Cyriacus p. 40 n. 86, a quo pendent Lilius f. 19; cod. Siederi Mutin. f. 67; Iucundus f. 160; Apianus 166, 5 et 167, 2; Grut. 364, 3 ex Apiano; Galleratus n. 8 ex Grutero; Borsieri l. 4 inscr. 23 ex Torniello ut ait; Donat. 95, 2 ex Cyr. comm. ed.; Bianchini *comp. stor.* p. 18. Denuo ex lapide Panigone n. 62; Racca p. 48.

M om. Cyr. Pan. — 1 VICTO Pan., VICTORINI Cyr. — 2 VIR om. Lil. — I·D scripsi, E D Pan. Racca, AED Cyr. — FL Pan. — 3 CVR · VIXIT · ANN · XXVIIII (XVIIII Lil.) Cyr. — MEN Pan. — 4. 5 om. Cyr. — 4 ARBVSSONIVS Pan.